

Bach, Johann August

Joannis Augusti Bachii Carmina

Dresda [u.a. 1787]

P.o.lat. 46 m

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10608710-9

VD18 1027488X-003

---

## Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.


P. o. lat.

46

m




Ernst Einsiedel von 174



P.O. lat. 46 m

+



10608710  
**IOANNIS AVGVSTI  
BACHII**

JCTI QVONDAM LIPSIENSIS

**C A R M I N A**



**R E C E N S V I T**

**ET**

**PRAEFATVS EST**

**AVGVSTVS CORNELIVS  
STOCKMANN**

**IVRIS VTRIVSQUE DOCTOR ET PROFESSOR  
LIPSIENSIS**



**DRESDAE ET LIPSIAE**

**IN BIBLIOPOLIO I. G. I. BREITKOPFI**

**M D C G L X X X V I I .**

*WB/70/60*

1  
Fernseh  
Bibliothek  
an

ILLVSTRISSIMIS  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMIS  
SERENISSIMI DVCIS ELECTORIS  
SAXONIAE  
IN SACRO CONSISTORIO  
COMITIBVS  
ACADEMIARVM SAXONICARVM  
CVRATORIBVS SAPIENTISSIMIS  
FRIDERICO LUDOVICO  
AWVRMB

10608710

CHRISTIANO GOTTHELF  
S. R. I. LIB. BARONI  
A G V T S C H M I D

ADOLPHO HENRICO  
S. R. I. COMITI  
A SCHOENBERG

10608710

DET LAO CAROLO  
S. R. I. COMITI  
AB EINSIEDEL

OTTONI FERDINANDO  
A LOEBEN

10608710  
NEC NON  
**P E R I L L V S T R I**  
**S V P R E M I S E N A T V S E C C L E S I A S T I C I**  
**P R A E S I D I**  
**F R I D E R I C O G O T T L O B**  
**Α B E R L E P S C H**

**M A E C E N A T I B V S**  
**I N D V L G E N T I S S I M I S**

**A V G V S T V S C O R N E L I V S**  
**S T O C K M A N N.**

10608710  
**R**epte mihi facturus sum visus,  
ILLVSTRISSIMI atque EX-  
CELLENTISSIMI DOMINI,  
si BACHII, Antecessoris quon-  
dam Lipsici, poemata, quae va-  
rie dispersa, ac diu multumque  
latebris abscondita, nunc meo  
aliquo studio vnum velut in fa-  
scem collecta, in lucem prodeunt,

ad Vos mitterem, nominumque  
VESTRORVM splendore illustra-  
ta omnibus harum elegantiarum  
studiosis hominibus tanto magis  
commendarem. Qui enim egre-  
gius omnium VESTRVM in libe-  
rales artes et elegantiores literas,  
ipsamque adeo humaniorem iu-  
risprudentiam non modo amor,  
sed et, in tanta fortuna, insignis  
earundem intelligentia est, con-  
iuncta cum iuris omnis ac ciui-  
lis doctrinae exactissima cogni-  
tione, summisque, iisque veris de-  
vtraque republica meritis; quae

in

in literatos et studiis doctrinisque  
deditos viros propensa voluntas  
et in honestis eorum laboribus iu-  
vandis et prouehendis liberalitas;  
quae admiranda, implorantibus  
patrocinium VESTRVM in au-  
diendo facilitas, in decernendo  
iustitia: quae humanitatis deni-  
que reliquarumque virtutum VE-  
STRARVM eximia in illustri et  
excelfo loco posita laus; facile me  
in spem hanc dulcem perque iu-  
cundam sum passus induci, fore,  
vt hunc, qui VOBIS a me con-  
secratur, latinorum carminum li-

bellum, beneuole excipiendum,  
et VESTRAE sub clientelae um-  
bra liberaliter conquiescendum  
putaretis. Evidem, cuin VE-  
STRA potissimum, INDVLGEN-  
TISSIMI DOMINI, auctoritate  
factum fit, vt a SERENISSIMO  
PRINCIPE ELECTORE iube-  
rer ante hoc sexennium ius ciui-  
le in hac literarum vniuersitate  
profiteri, volui his aliisque no-  
minibus VOBIS obstrictissimus ac  
tanta benevolentia, tantisque be-  
neficiis ornatus, vt intelligerem,  
haud prorsus displicuisse VOBIS  
meam

10608710  
meam in instituenda et formanda  
studiosfa legum iuuentute diligen-  
tiam, volui, inquam, data hac  
opportunitate, VOBIS, quorum  
iudicio, in grauissimis quoque  
rebus, plurimum tribuitur, ali-  
quam rationem reddere et studio-  
rum et disciplinae meae, quam  
a MASCOWIIS olim, BACHIIIS,  
HOMMELHS, SEGERIS, aliis-  
que luminibus in schola iuris ci-  
vilis Lipsiensi non ad intuendum,  
sed ad imitandum propositam  
quotidiana cogitatione menti ani-  
moque meo penitus imprimen-

dam

10608710  
dam existimauit. Certe, DOMI-  
NI EXCELLENTISSIMI, impense  
mihi gratulabor, si reuerentiam  
erga Vos meam, et deuotissimi  
animi pietatem publico hoc mo-  
numento testatam fecerim. Scri-  
psi Lipsiae ipsis Calendis Maiis  
**A. O. R. cīcī cīlī cīlī**

---

PRAE-


10608710

---

## PRAEFATIO.

---

Fuit quoddam tempus superiori aetate,  
quo nemo prorsus verum ac splen-  
didum Iurisconsulti nomen aliqua cum  
laude ac dignitate, certe inter viros do-  
ctos, tueri poterat, nisi seuera literarum  
graecarum et latinarum disciplina, qualis  
in Germania, his etiam terris, per Me-  
lanchthonem et Camerarium constituta  
fuit, satis subactus, et priscis historia-  
rum monumentis atque accurata anti-  
quitatis romanae notitia, vnde omnis  
iuris nostri intelligentia ducitur, bene  
praeparatus, ad iurisprudentiam cogno-  
scendam animum appulisset. In hos  
mores, in hoc ingenium natus erudi-  
tusque




tusque fuit IOANNES AVGVSTVS BA-  
CHIVS, cuius carmina, quae lacera et  
subtracta paene doctorum oculis Frater,  
10. HENRICVS, in pago prope Leuco-  
petram, Marcktwerbena ei nomen est,  
Ecclesiae Pastor meritissimus meique  
amantissimus, mihi recensenda atque  
publicanda tradidit, nunc meo aliquo  
studio iterum in lucem proferuntur.  
Iam vero de his carminibus, longo in-  
teruallo temporum indagatis, deque il-  
lorum auctore, Viro clarissimo et veris-  
fimo Iureconsulto, et si, postquam BA-  
CHII memoriam a CHRIST. ADOLPHO  
KLOTZIO eius opusculis praefixam satis  
iam commendauit FRIDERICVS PLAT-  
NERVS, quo potuit nemo melius, vix  
quicquam dicere attinet: iuuat tamen,  
non quod ea lectoris incompta esse  
putem, sed quod ita facere iussus sum,  
de BACHII vita, moribus, studiis, in-  
genio pauca praefari, et certe in eorum,  
qui nunquam THEMIDI litarunt, gra-  
tiam cum poetae imaginem delineare,

tum

tum de collectione carminum ipsa,  
quantum instituti ratio patitur, non ni-  
hil exponere.

Natus est igitur, — vtor PLATNE-  
RI verbis in elogio — IOANNES AV-  
GVSTVS BACHIVS anno praesentis secu-  
li vigefimo primo, die decima septima  
mensis Maii, in pago prope Luccam,  
Hohndorpium ei nomen est, a parenti-  
bus honestis quidem, at non diuitibus.  
Pater cum laude in eo pago conciona-  
toris munere fungebatur, mater au-  
tem, honesta matrona, patrem habue-  
rat SCHVMANNVM, item concionato-  
rem paganum. Pater BACHII, cui IO-  
ANNI nomen erat, puerum religionis et  
literarum prima rudimenta docuit, post  
illa Lipsiam duodecim annos natum ad  
Iudum Thomanum, Rectore GESNE-  
RO, deduxit. Lipfiae doctores habuit  
WINCLERVM, CRIGELIVM, DRESI-  
GIVM et ERNESTIVM, quos cum fru-  
ctu audiuit omnes, in primis ERNE-  
STIVM.



STIVM. Hic vero, quod in adolescen-  
te ingenium non contemnendum, pro-  
babilem assiduitatem et morum probita-  
tem intelligeret, eo BACHII amore ca-  
ptus est, vt fere filii loco haberet, fo-  
veret, institutione primum, deinde au-  
toritate sua iuuaret, tandem semper  
amicitiae et consuetudinis suae suauitate  
dignaretur, et beneficiis non raro libe-  
ralitateque erigeret.

In hac ERNESTII disciplina ita BA-  
CHIVS profecit, vt non solum inter  
commilitones, assiduitatem ingenium-  
que nostri admirantes, emineret; sed  
etiam tum, cum adhuc in scholae quasi  
vmbra lateret, apud permultos viros  
doctos magnam spem excitaret, quam  
mirifice aluit oratiunculis duabus aut  
tribus, per occasiones varias in schola  
Thomana recitatis, deinde carmine grae-  
co et latino in honorem Typographiae  
edito.


Anno

Anno quadragesimo primo doctoribus academicis assidere coepit. Atque ERNESTIVM quidem suum in philosophia, historia et in bene dicendi scribendique arte secutus est. IOECHE-RVM praeterea regnorum et literarum vicissitudines narrantem, CHRISTIVM poetas veteres explicantem, MENZIVM physicam, BAERMANNVM mathefin docentes audiuit. His literarum quasi socialibus copiis collectis ad iuris disciplinam contendit. In eo itinere doctissimos viros duces habuit, ut MASCOVIOS fratres, IO. GODOFREDVM BAVERVM, F. A. HOMMELIVM, FEVSTELIVM, et I. G. CRAMERVM.

Sed constat, parum optimi magistri proficere institutionem, nisi eam iuuet ingenium et efficacior ingenio solertia atque assiduitas. Ingeniosum fuisse BACHIVM non est cur moneamus: sciunt profecto, qui vnquam aliquid scriptum ab eo viro legerunt. Sed nec deerat

\* \*

BACHIO




BACHIO ista salutaris literarum studiosis pertinacia, quae nec mediocritate contenta est, nec se patitur laboris vel tedium vel difficultate vinci. Atque propterea contigit ei fautricis fortunae nuntu, vt in notitiam veniret Ritteri, hoc est, viri in honorem iurisscientiae natu, qui docuit eum rationem, quam sequi in discenda iuris disciplina, vnde incipere, quos libros legere, quos reuiscere, deberet. Huius itaque viri cohortatione proprioque impulsu BACHIVS persistit in legendis veteribus historicis, graecis et latinis, ceterisque, quos *classicos* solemus vocare, auctoribus excutiendis. Deinde discendi iuris initium fecit ab historiae ea parte, quae legum vicissitudines tractat, turpiter vulgo neglecta ab iis, qui intra breue triennii aut forte biennii tempus vniuersum iurisscientiae campum conantur percurrere. Sed quemadmodum vniuersa historia nullos facile osores habet, nisi a sua consuetudine plane alienos: ita

etiam


etiam manifestum est, iurisscientiae historicae utilitatem praefantiamque in dubium tantum vocari ab iis, qui eo praefidio et ornamento plane sunt destituti.

Sed et ii adeo, qui historicae iurisprudentiae praefantiam agnoscant et laudent, ad duos quasi ordines redigi possunt, quorum unus e libellis vulgaribus non contemnendis quidem, si ab HEINECCIO et BRVNQVELLO scriptis utantur, solis tamen ad accuratam historiae cognitionem non sufficientibus, haurire solet: alter vero istorum librorum tenuitate non contentus ex iisdem fontibus, e quibus isti hauserunt, haurire solet. E quorum numero BACHIVS fuit, qui historicis latinis et graecis studiose legendis, deinde versandis istis libris, quibus leges romanae veteres et Iustinianae propositae sunt, eo peruerterat, ut ad ea omnia recipienda, quae interdum ingeniosi homines fingere au-  
\*\*\* 2 dent,



dent, vel ignavi et rudes homunculi si-  
ne intelligentia compilare, non adigere-  
tur: sed ut cum ea dignitate, quae de-  
cet Iureconsultos doctos, sententiam di-  
cere ipse valeret. Cuius rei testes haud  
fallaces apud posteritatem futuri sunt,  
*Traianus, de historia iurisprudentiae*  
*quatuor libri, Briffonii* denique *aucta-*  
*rium*, e quibus accurata *васнцii* in hoc  
genere eruditio elucet. Neque tamen  
in hoc limine iuris disciplinae substitut,  
sed ipsum potius sacrarium Themidis  
intravit. In iure ciuili vel discendo,  
vel docendo constanter tenuit rationem  
principibus omni tempore iureconsultis  
post Alciatum et Cuiacum commenda-  
tam. Quod enim sciret, Iureconsultos  
et leges intelligere, et a se perceptas  
aliis explicare debere, id vero interpre-  
tis munus in illis grauissimum et maxi-  
me necessarium esse, propter ea non so-  
lum fibi linguae latinae ac graecae facul-  
tatem comparare, sed eidem critices bo-  
nae et non temerariae lumen apponere  
merito


merito allaborauit. Atque facultas iudicandi, quae Critica dicitur, habet quosdam fontes communes, ita efficaces, ut, qui iis ingenium suum semel irrigauerit, si ceteris, linguarum praesertim, adiumentis non destituatur, vim in libris omnibus valeat exercere. Quod GROTIUS ille fatis, opinor, demonstravit, qui librorum diuinorum et humnorum egregius interpres non immeritus habetur. Vnde profecto mirabile non est BACHIVM nostrum, edito, e confilio ERNESTII, Oeconomico XENOPHONTIO, doctrinam literarum graecarum et Critics excellentem probasse, hanc vero laudem boni interpretis et Critici etiam in iurisscientiae partibus confirmasse et Traiani in primis editione, deinde compositis ad colloquia publica libellis non paucis, vehementer auxisse. Attamen, ista omnia parum profuissent BACHIO, nisi tempori inferuiisset: solum enim veteri iuri operam dare, et quod causis orandis non vacabat, ius hodier-



num negligere visus est nonnullis; qui pro mira sapientia sua non putarent res quotidianas et forenses ab eo percipi posse; quem iudicum auribus nunquam molestum fuisse scirent. Quo cognito nouam rationem BACHIVS iniit, et dissertationibus suis, quem vulgo vocant *vsum hodiernum* strenue adiunxit, cumque CARPOVII, STRYCKII, LYNKERI, WERNHERI, BERGERI, MENKENII, LEYSERIQVE nominibus, tanquam splendide micantibus stellis distinxit, eoque instituto etiam istorum animos sibi conciliauit, simul vero suo exemplo docuit, facile iura probe cognita ad fori *vsum* conferri posse. Etenim BERGERI iuris Oeconomiam doctissimis animaduersionibus auctam edidit, et in Ecclesiastico Consistorio principis beneficio assessor appellatus, isti muneri, fauentibus et applaudentibus collegis, satisfecit.

Neque

Neque tamen iuris ciuilis blanditiis  
se a reliquis partibus iurisscientiae. auo-  
cari passus est. Iuri canonico sine du-  
bio multum temporis tribuerat, atque  
ad hoc rite, et, vt fas est, cognoscen-  
dum historiae ecclesiasticae lumen sibi  
accenderat, et hunc amplissimum cam-  
pum non festinanter percurritare, sed in  
eo habitare decreuerat. Atque in hac  
parte literarum BACHII institutionem  
non minus fructuosam fuisse, quam in  
ceteris, quas doceret, fauor numerosae  
iuuentutis ostendit. In iure publico  
imperii eiusque historia, quamuis hoc  
ipsum non prae se ferret, ita versatus  
erat, vt RECHENBERGIVS, eius rei  
intelligentissimus Iureconsultus, post-  
quam per occasionem examinis, quod  
pro capeſſendis iurisscientiae honoribus  
subierat, huius non minus, quam alio-  
rum iurium, peritissimum BACHIVM  
cognouerat, ei in academia Germaniae  
inferioris ius publicum docendi munus  
ſponte deferre non dubitaret. Id vero




ille laudabili modestia noluit recipere,  
cum eum puderet, quod pudendum  
multis non videbitur, docendo profite-  
ri artem, quam tamen non totam imbi-  
bisset. Ius feudorum, etsi non prece-  
teris adamabat, ita tamen coluit, vt  
etiam in hac parte nihil ei ad tuendum  
Iurisconsulti nomen deesset. Neque  
tamen BACHIVS se iurisscientiae ita alli-  
gauerat, vt eius quasi vinculis nexus  
duceretur, ad reliquas vero literarum  
partes diuertere nequiret. Poefin enim,  
vt graecae linguae studium omittam,  
cuius testem supra XENOPHONTEM ad-  
duxī, a prima aetate amauit, et praete-  
rea utilem operam praeſtitit edendis  
*commentariis criticis de libris ad iuri-  
scientiam pertinentibus.*

Hac exquisita doctrina meruerat, vt  
primum philosophorum ordo ei sum-  
mos artium liberalium honores, deinde  
Iureconsultorum collegium doctoris or-  
namenta decerneret, Princeps vero con-  
ſistorii


sistorii Lipsiensis Assessorem et Professorem antiquitatum iuris appellaret.

In docenda autem iuuentute, quae in primis extremis ante patriae nostrae tumultum annis frequentior ad eum confluerebat, BACHIVS ea praestitit omnia, quae a bono et docto viro in hoc genere expectari possunt. Non enim decepit iuuenes compendiariae doctrinae futilitate eos imbuendo, sed vere docuit, et ad fontes ipsos eosque limpidissimos deduxit. Neque erat asperior doctor, sed familiariter cum auditoribus, ita tamen, ut magistri personam decet, versabatur. Erga amicos, praesertim sanguine iunctos, liberalissimus fuit, ita quidem, ut omnia, quae ipse haberet, essent quoque eorum. Amicos habuit plurimos, in primis commilitones quondam suos in ludo Thomano, quibus mors eius acerbissima fuit. Hanc phtisis ei contraxit. Cum praelectionibus et vigiliis nimis corporis vires fregisset,




ista imbecillitas ei demum funesta facta est. Primum quidem graui tussi laborare coepit. Hanc lenire idoneis remediis tentauit, nec sub initium fine frumentu: mox vero redeunte tussi, et cum non posset ob domesticas rationes praelectionibus habendis se subducere, viribus penitus infractis debile corpus confectum est. Id accidit ante diem sextum Decembris anno huius seculi quinquagesimo octauo, citius tamen, quam credibile videbatur. Vedit mortem proxime sibi subeundam esse, at vedit sine trepidatione, vt decet Christianum. Aiebat: sibi sua causa mortis aduentum etiam optabilem et tantum propterea molestum esse tristiorumque accidere, quod intelligat ea praecipuum adiumentum subtrahi matri, quam vnice amabat, vt ab ea vicissim merito diligeretur.

Hic post vitam duodequadraginta annorum exitus, hi mores, haec studia fuerunt



fuerunt viri longiore profecto vita, nisi  
Deo aliter visum esset, dignissimi. Mul-  
ta ornamenta eius mors abstulit iuris-  
scientiae, quam illustrare scribendo, au-  
gere et ornare instituendo iuuenes, po-  
tuisset. Sanctissime enim **BACHIVS**,  
qui, non qua itur, sed qua eundum,  
iuit, qui et historiae studio et omnis an-  
tiquitatis cognitioni fidelissimam operam  
praestitit, qui rectissime ad excellentem  
iuris intelligentiam sine magno huma-  
niorum literarum apparatu perueniri  
plane non posse opinatus est, qui hanc  
sententiam, Iuris doctore dignissimam,  
adolescentibus pariter ac vniuersae rei-  
publicae saluberrimam, quam tuiti  
funt omnes, qui patrum memoria  
honorificentissimo Iureconsultorum no-  
mine decorati eruditionis fama florue-  
runt, et ore semper et scriptis professus  
est; sanctissime, inquam, **BACHIVS**, haud  
minus clarus eruditionis et ingenii prae-  
stantia, quam ob animi candorem ac pro-  
bitatem amabilis, colendam sibi legem  
scripsit




scripsit hanc, vt cane peius et angue fu-  
geret astum et calliditatem, iuuentuti  
ignauae inferuientem et discipulorum  
frequentiam perniciosissima indulgentia  
allicientem, memor illius temporis,  
quo, vt AMMIANVS prodidit, si quis  
antiquus Iureconsultus nominabatur,  
si quod antiquum iuris verbum audieba-  
tur, piscis aut edulii peregrinum voca-  
bulum commemorari, boni Iureconsulti  
putabant. Atque huius quidem tam  
egregii, tam incomparabilis magistri do-  
ctrinam quemadmodum deinceps non-  
nullos, qui ex eius disciplina exierunt,  
feliciter aemulatos esse constat, praefer-  
tim in hac academia, quae ex omnibus  
per omnem Germaniam scholis et cele-  
britate frequentissima, et literis affluen-  
tissima, et fama nobilissima, humanita-  
te denique cultissima censetur: ita le-  
gum studiosos, hac nostra etiam aetate,  
ferio et iterum atque iterum dehortan-  
dos esse existim⁹ a cetariis eorum, qui  
perspicuitatis et compendiorum esca  
porrecta,

porrecta, velut hamo suspensos imprudentes iuuenes capiunt, ne, vix detersis barbariei sordibus, redeat triste illud ac miserum iurisscientiae tempus, cuius imaginem ipse quondam **BACCHIUS** in elegantissimo illo, quod in honorem Typographiae composuit, carmine vivis quasi coloribus depinxit:

Barbaries olim multos dominata per annos,  
 Quae ius iniustum fecit ubique sibi,  
 Ecce ferox, tollensque caput, probrisque  
 laceffens,  
 Nunc iacit in nostrum verba superba caput,  
 Profuit ecquid, ait, paullum iacuisse reui-  
 etam?

Frenaque Theffalidas vix tenuisse, tibi;  
 Incedo rursus si nunc excelsa, colorque,  
 Restituorque meis, in tua damna, locis?  
 I nunc, i, iausta magnarum semina laudum,  
 I nunc, et fastus altaque verba refer.

Sed ii ipsi versus me commonefaciunt,  
 vt, quae de instituti ratione dicenda re-  
 stant, paucis absoluam. Scripsit nimi-  
 rum **BACCHIUS** inde ab adolescentia plu-  
 res




res eosque probabiles versus, praesertim in elegiaco genere, dignos fane, qui in vnum corpus redigantur. Nam et si alia aetas, alia negotia successerunt, quae, vt cum poeta loquar,

*per caput et circum saliunt latus,*

ac feueriore **BACHIVM** supercilio ab istis studiorum amoenitatibus, priscis amoribus suis, absterre videbantur: nunquam tamen poesin neglexit, sed tantum potius studium, tantamque operam in ea colenda posuit, vt **BELIVS**, poeſeos quondam Professor, versuum componendorum et artis poeticae nescius, panegyris inter solennia magistrorum creandorum quotannis scribendae prouinciam **BACHIO**, iuris Professori, demandaret. In his omnibus autem carminibus, quae frater edenda mihi permisit, colligendis hoc potissimum mihi propositum fuit, ne vel in hac parte elegan-  
tioris doctrinae eius nomen penitus ob-  
scuretur.

scuretur. E magno igitur carminum numero elegi tantum potiora, quae, si a poematio in Typographiae honorem et graeca et latina lingua conscripto discesseris, amicis potissimum, plura tamen ERNESTIO praceptor, cuius e disciplina profecisse mihi ipse gratulor, a BACHIO consecrata fuerunt. Ita dimitto e manibus hunc latinorum carminum libellum, a me, vbi e re visum fuit, pro facultate concessa emendatum et accessionibus nonnullis, licet paucis, locupletatum: quem si in tanto poetarum, quem aetas nostra attulit, prouentu nec doctis harum rerum aestimatoribus iniucundum, nec studium ipsum, cum literarum elegantia iurisprudentiam coniungendi, penitus improbatum perspexero: permanfurus sum in confilio, cuius primordia quasi, edito hoc specimine, capere volui, alium eumque nouum latinorum carminum Thesaurum, abditum huc usque et scriniis meis concreditum,

extra



extra limen proferendi, et *Delicias potarum Saxoniorum*, qui nec somniarunt in Parnasso bicipiti, nec fonte labra proluerunt Caballino, additis simul eorum vitis, cum literatis viris communicandi. Horum enim benevolentia et humanitate excitatus ego, vt ait ille,

*Sublimi feriam sidera vertice.*




10608710

B A C H I I  
C A R M I N A.

A





I.

## C A R M E N

IN

TYPOGRAPHIAE SECVLARE  
TERTIVM.

---

Typographia loquitur.

**T**ίπτε πλέον λέξω μοι νῦν ὡς θυμὸν  
ἰκάνειν;

Πένθος ἀνιηρὸν, ηὲ δὲ χάρμα  
γλυκύ;

Λιψή η̄ χραισσα χάριν καὶ κῦδος  
ἀπάξει,


Τψηλόν δε φέρει τοῦνομ' εἰς ηέ-  
λιον.

Χάρμα μέγ. ἀπλὰ τίη τοῦτον μοι κόσ-  
μου ἄκοσμον;

Οὐ δέχομαι ταύτην τὴν ἄχαριν  
χάριτα,

A 2

Ei



Εἰ μὲν ἀρίζηλος, συγερᾶς δ' ἐνιδοῦμακ  
ἀνάγκαις,

Εἰ νέχυτ' ἀμφ' ἀχλὺς σήθετι κηρέ-  
σιος,

Εἰ χρῆσίς τε κακὴ πᾶν κῦδος ἀναξη-  
ράνει,

Καὶ κλέος ἀτηροῖς χερσὶ λάφυρα  
πέλει.

Οὕνεκ' ἐγὼ, βεβῶντα κατ' Οὐλύμποιο  
καρήνων,

Η Φοίβοιό τε καὶ Παλλάδος ἀμφί-  
πολος,

Σηῆπτρα τὰ Μουσάων ἐφόρησα ποτ'  
ἄλλαν ἀπασαν,

Δούλιον Αονίας ἥμαρ ἀπωσα-  
μένη.

Αὕτη νῦν λέγομακ κακὸν εἶναι Παλλά-  
δος ἔργοις,

Ηδὲ Φέρειν ὄλεθρον, τοῖς ποτ' ὄνειαρ  
ἔγην;

Οἵτε νέοι πρότεροί τε χρόνοι διὰ πόσσον  
ἔχουσι;

Οἴμοι! ἐξ οίων σχήματα ποῖος  
Φέρω;

Τρὶς

Τρὶς ἑκατὸν κύκλους Τπερίων ἔξετέ-  
λεσσεν,

Ἐξ οὗ δὴ Μούσαις ἥλθον ἀμυνο-  
μένη.

**Αὐτός τεχνίταισιν ἐμοῖς μόνου ἐσθλὰ  
μέμηλεν,**

**Αυτόθι Σωτῆρος ἱερὸς παμμε-**  
**γένη,**

Γράμματα δ' αρχαίων ἀγαθῶν, ιερᾶ  
δεύτερα, αὐδρῶν,

**Αὔσοντες οὐς εἴχεν ἔλλαδίητε, σο-  
φῶν.**

**Εἴδετε Πιερίδες, χορὸς ἔνυατος, εἴδετε  
κάρτα,**


Ζηνὸς ἐρεγδούπου Μνημοσύνης τε  
κόρα�,

Βαρβαρικῆς ὅτε δουλοσύνης, ἀπεμόρξατο  
κῦδος,

‘Πητῖδ’, ὑμέτερον, χερσὶν ὑφ’ ἡμετέραις.

<sup>2</sup>Αὐτεῖς Παρυησσοῦ τότ' ἀνέδραμε χλωρὰ  
θέοντα,

"Ἄνθεα, τὸν πρόστεν, κείμενα  
ξηρὰ, χρόνον.



Ἐνθὲν ἐγὼ πολλὸν, μετ' ἀπείρους  
κύκλου ἀέθλων,

Κῦδος τ' ἡδυνάμην, καὶ ἀσπετον εὔχος  
ἄγειν.

"Ως ποτ' ἐμοὶ τὴν ἑσίαν "Αλδος ἔδωκε,  
τὰ πάντα

Ίδμοσύνης ἐν ἐμῆς, ὡς δέ οὐδὲ οὐδὲ  
Στέφανος.

Ἄργυρεοι χρύσεοι τε χρόνοι, τοῖς καλά,  
καμοῦσῃ,

Πάντα σὺν Ἀονίους ἥκα Φόως δε,  
χερὶ,

Τμε μάλ' ὥκα, Φυγόντι ποδὶ, προύλει-  
πετε γάιην.

Οἱ με τάλαιναν, ἐμοὶ ταῦτα ποτ'  
ἥσαν ἔτη!

Χάλκεος ἡὲ σιδήρειος νῦν ἥρξατ' αὐάσ-  
σειν,

Χρύσεος ἀμπαύθη δ', ἄργυρεός τε  
χρόνος.

"Αλλα γὰρ ἔργα κακ', ἄλλα μοι ἄχθεε  
Φροντίδ' ὀπάζει,

"Αλλους νῦν καμάτους, ἄλλα δὲ  
πάντα φέρω.

Τούμον

Τούμὸν ἴδρωτι δέμας μοχθούσης ἔρρεε.  
τίπτε;

Βιβλία τῶις Μούσαις ἔχθρά τε καὶ  
χόρισιν,

Δύματα πλημμυρέω βίβλων, μέλλοντα  
γενέσθαι

Πεπρίσιν, ἥδ' αὐσχροῖς πράγμασι  
κύρμα τυχόν.

Πολλὰ δὲ ἐτητυμίη ναθαροῦ σεβάσ-  
ματος αὐτῇ

Αἰνὰ βέλη τέτυκον χερσὶν ἐπειγο-  
μέναις.

Τοίοις μοι ναμάτοισιν ὀπειρήνασι τέ-  
νουτες,

Καὶ πάσχω δειλὴ πάντα νακῶν τὰ  
νακά.

Αἴδοι πάντα πρόσωπ' ἔρυδαίνομαι, ἄλγεα  
σέρνον

Γυοβόρε, ορατερὴ μῆνις ἔβαινε  
χόλον.

Βαρβαρίης πάρος ἔρκος ἦην, πάσησι  
δὲ ὄγειαρ

Κούραις Μνημοσύνης, ἥδε δαημο-  
σύναις.



Βαρβαρίην δὲ βοηθὸς νῦν πάλιν ἀμφι-  
βέβηκα,

Αντίβιός δε φίλαις εἰμ' Ἐλικω-  
νιάσι.

Λυγρὰ δ' ἐμῶν δώρων χάριν ἐξαλα-  
πάζομ' ἀνάγκη,

Ἐν χάριτος προφάσει πήματ' ἔχουσα  
κακά.

Τίφθ' οὕτως ὄνοτὸν πέπραγμαι, τοῖον  
ὄνειδος

Ως τούμὸν πάσχειν, γράμματ'  
ἄγραπτα, κλέος;

Αὐτὰρ ἦν ταῦδ' ἀνεκτα, Φίλη, μὴ  
πατρὶς, ἐφείης

Οὐκ ἔτι σήθεσσι πένθος ἀνεκτον  
ἐμοῖς.

Τευτονίη, κλέος ἥποτέ μοι πρώτισον  
ὤπασσας,

"Αφθιτα μησαμένη δῶρα Πελασ-  
γιαδῶν.

Νῦν δὲ λίποντο τὸν οἶκον ἐμὸν Φοῖβος  
σὺν Ἀθήνῃ,

Ἐσὶ Φυγὰς χαρίτων Ἀονίδων τε  
χορός.

Ναιετάου-

Ναιετάουσιν βαρβαριπάγ Τερμανικὸν  
οἶκον,

Ἐλλαδικῶν Μουσῶν ἀντὶ καὶ Ἰτα-  
λικῶν.

Ἄρχαιων λήγουσιν ἀηδόνες, ἥσιν δὲ  
πάντων

Ἄρπακτὴρ Μῶμος υῦν ἐπὶ χεῖρ  
ἔβαλε.

Πάντα νεηγενέων συρράμματα, λιτάπερ,  
ἀνδρῶν,

Τιμὴν καὶ πάντων κεδνὸν ἔπαινον  
ἔχει.

Οὕτως γᾶια φίλη Γερμανὶς, ὁφέλσιμα  
τόσσα


Ἄυταπομείβεσθα, λώιον εἰν,  
εῖμοι;

Ποῦτε τρόποι μητρός; ποῦ τετράφατ'  
ἥπια σῆθη;

Αἰνῆς μητρυῖης νηλεὲς ἥτορ  
ἔχεις;

Ἄλλα τί τοῖς δὲ πέέσσι οινύρομ, ἄλλας  
παθοῦσα,

Άλλα τὴν ὄλοὴν χρῆσιν ὁδυρο-  
μένη;



Λιψίη ἀντίβιος πρατερῶσιν ὄνειδος  
έρύκει

Χερσὶν, ἐπ' ἀρχαῖον οὐδος ἀργυ-  
μένη.

Οὗτος ὁ Μουσάων Παρυησσός, ταῦτα  
τὰκ οὐλᾶ

Τέμπεα, τὴν ξενίην δῶκε ποθε-  
νοτάτην.

Ἐνταῦθ', Ἀπόλλωνι Φίλη, Μούσαις  
τ' ἀγαπητή,

Μουσάων σέφανου αἰθάνατον δέ-  
χομαγ.

Αιδε μοι Ἀουίδων τοῦθ' ιερὸν οἰκή-  
σασθαι

Αἱὲν ἔδειθλον εἴη. τούμον ἀνῆλθε  
κλέος.

Αυτὰρ ἀρίζηλοι τεχναέστησι τελού-  
τες

Χερσὶ Πελασγιάδων ἡμέτερόν τε  
κλέος,

Τμῆς τεχναέντες, ἐς Αουίδων χαρί-  
τωντε

Σπένδετ' ἀλωφήτως ἡμέτερόν τε  
κλέος.

Σπέν-

Σπένδετε, τεχνίται, καλά γράμματα  
κοσμήσαθαι,

Βιβλία σὺν Μούσαις γραπτὰ δὲ σὺν  
χάρισιν.

Οὕτως ὑμετέροις καμάτοις Πιμπληῖδες  
αὐταὶ

Οἴσουσι σφέτερον κῦδος ἀνηρά-  
μεναί.

Οὕτως τούνομ' ἐμὸν ποτὶ δ' οὐρανὸν  
ἄξετε δῖον,

Κῦδος δ' ὑμέτερον οὐποτ' ἀναφέ-  
μενον.

*II.*

**I**d e m l a t i n e l i b e r i u s  
c o n u e r f u m .

---

**Q**uae mihi non solitam pertentant  
gaudia mentem?

Fallor? an instituit Lipsia festa  
mihi?

Non ego nunc contemta Tuo, Ger-  
mania, Pindo.

Namque haec sola mihi totius  
instar erit.

Nunc possim patrios fines agnoscere:  
quod nunc

Est grata in meritis terra Ale-  
mannia meis.

Hoc iuuat, hoc gratum est: sed longe  
gratius esset,

Si mihi, quae male nunc, non  
male semper eant.

Mc

**Me miferam!** pravos male quam con-  
vertor, in usus!

**Quam patet** in questus area lata  
meos!

**Eloquar,** an taceam iucundo tempore  
moesta?

**Anne ministra** mei verba doloris  
eant?

**Illa ego** Musarum faatrix operata  
labori,

**Isdem nunc** noxas perniciemque  
fero.

**Illa ego** quae, demissa polo, retulisse  
putabar

**Inde Louis** natas Mnemosynesque  
novem:


**Illa ego** quam quondam cerebro pro-  
gnata paterno

**Ipsa ministerium** iusserat esse  
suum;

**Haec eadem,** miseram me! res nunc  
cogor amicas

**Laedere,** laefuras iniicieque ma-  
nus.

**Hei**



Hei mihi! nunc quantum differt hoc  
tempus ab isto!

(Laetor de veteri, deque recente  
queror)

Cum tardus calami damnatus cederet  
vſus

Litterulae aeriferae, praepetibusque  
typis.

Iam ter centenos terrae reuoluta  
peregit

Sphaera orbes, centum ter dedit  
illa vices:

Tempora tum fuerunt, cum nostro  
adiuta labore

Relligio, pietas, commoda magna,  
redit,


Artificumque mihi chorus affurrexit,  
et omnis

Castalidum plausit, numina docta,  
cohors.

Quid, nisi nostra manus, doctas mol-  
lita per artes,

Antea Barbarie pectora dura,  
dedit?

Barba-



**B**arbariae tenebras illata' luce fu-  
gatas,

**H**oc decus, hoc titulis splendet  
vbique meis.

**V**ix ego nata omnes, amissio flore,  
iacentes

**A**rtes commoui viribus ipsa  
meis.

**Q**uicquid vbique tuae est, Heliconie,  
laudis, Apollo,

**H**uic ego servando consuluisse  
putor.

**Q**uicquid vbique tuae est, Clariarum  
turba fororum,

**L**audis, ego in laudes officiosa  
tuas.


**A**lis pura meis Soteros sacra per  
orbem,

**A**uctores veteres, altera sacra,  
tuli.

**S**ic mihi (nam meminisse iuuat) sic  
maximus ille

**A**ldus, sic Stephanus, tecta larem-  
que dedit.

**H**ic



Hic mihi cura fuit, monumenta efferre  
virorum,

Itala quos quondam Graecaque  
terra tulit.

Omnia tunc Charisin Musisque litan-  
tibus, acta,

Nil nisi quod pietas religioque  
probet:

Hic, quod Barbariem et fera pectora  
leniat, atque

Doctrinis animos non sinat esse  
rudes.

Haecce laboraui, tantum quod culta  
per orbem,

Haec tum sola mihi prodere cura  
fuit.

His ego, quantumcunque habui, sum,  
laudis, adepta.

Gloria, me miseram! quam brevis  
illa fuit!

Quid mihi nunc prodest, si nunc a  
tempore parvo,

Proh! dolor, ah! in me dedecus  
omne ruit?

Quid

**Quid tamen hoc prodest, eadem si  
vulnera ferre  
Artibus immitti, cogor amica,  
manu?**

**Iam magis atque magis cedit mea  
gloria victa.**

**Haec spolia ex nobis, pallide Liuor,  
habes!**

**Prodere scripta male, et fragrantis ami-  
cula turis,**

**Et piperis tubulos, nostra coacta  
manus.**


**Magnum operum numerum, maneant  
quae facchara, et herbae, et  
(Grande typi pretium,) vilior usus  
adhuc.**

**Nec satis est male scripta: indignam  
vertor in artem,**

**Et famulam in noxas cogor  
habere manum.**

**Ecquid in his terris tam sanctum atque  
utile, quod non**

**Tela petant operis confabricata  
meis?**



Publica res, priuata, mihi non parua  
pericla

Imputat, heu! multis exagitata  
malis.

Relligio, sanctum nomen, concede,  
quod arte,  
Ingenioque tibi vulnera facta  
meo:

Quod tecum pugnant errorum mon-  
stra malorum

Tot commissa, graui labe nota-  
que mea.

Nil, nisi laffatasque manus defessa-  
que membra,  
Paruula vix viui corporis umbra,  
traho.

Maxima quin etiam me nunc oppro-  
bria carpunt.

Vltimus accedit questibus ille  
pudor.

Barbaries olim multos dominata per  
annos,

Quae ius iniustum fecit ubique  
sibi:

Barba-

Barbaries olim Musarum infesta la-  
bori,

Quae pepulit, quantas! invidiosa,  
Deas,

Fugerat hinc opibusque meis telisque  
meorum,

Sceptraque reddiderat non sua,  
fracta nimis.

Ecce ferox, tollensque caput, probris-  
que lacefens,

Nunc iacit in nostrum verba  
superba caput.

Profuit ecquid, ait, paullum iacuisse  
reuictam?


Frenaque Theffalidas vix tenuisse,  
tibi;

Incedo rursus si nunc excelsa, co-  
lorque,

Restituorque meis, in tua damna,  
locis?

I nunc, i, iacta magnarum semina  
laudum,

I nunc, et fastus altaque verba  
refer.



Cor dolet, ora mihi pariter cum mente  
tumescunt.

Heu! me, quam vici, vincere  
fata finant?

Cur tam turpe ministerium mihi tra-  
ditur? heu! cur

Non sinor et posthac esse, quod  
ante fui?

Haec fero. tu modo dura minus mihi,  
Patria, velles

Esse, meumque malum non  
cumulare malis.

Cur mihi tot veterum, praे nostris,  
scripta negantur?

Arte mea cur, quae secula tulere,  
carent?

Scilicet haec noua non sunt: et noua  
scripta probantur:

Non noua condemnat publicus  
ille sapor.

Quid mihi cum priscis? levibus ludi-  
bria ventis

Quid iuvat, indoctum, prodere,  
vulcus ait?

Qua

Qua merui culpa fieri sic viliſ, vt  
vna

Prima decus ferres, primaque  
probra feras?

Ne sciat hoc Batavus Gallusque Bri-  
tannaque tellus,

Hoste magis dura es; lenius ho-  
ftis agat.

Exulo paene meis laribus depulsa,  
ferorque

Nescia, vbi fuerim, per pere-  
grina loca.

Heu! pia mater vbi es? me tandem,  
mater, abactam,


Alma, recognoscas. nunc pia  
mater vbi es?

Sat Gallis Batavisque datum est. satis  
hospita tellus

Me tenuit. natam respuis anne  
tuam?

Quid tamen his miseris incendo voci-  
bus auras?

Quid mihi conspersum dedecus  
esse queror?



Lipſia nam praebet meliore locoſque  
domoſque

Aufpicio, placidum perfugium-  
que, mihi.

Lipſia grata mihi ſedes oſtentat et  
vmbra,

Et mihi dat celebres, non ſine  
honore focos.

Lipſia doctorum praefignis laude vi-  
rorum,

Lipſia io! Clarii lausque decu-  
que chori,

Eluat haec maculas omnes labemque  
pudendam,

Quae late obfessa ftabat in arte  
mea.

Et mihi in inflitas miferae medica-  
mina plagas

Ferre falutifera fufinet alma  
manu.

Ante mihi quantum gemitus lacrimae-  
que profum eft,

Serva quod informi eft ars mea  
facta nota?

Lipſia

Lipsia concessit mihi libertate  
priore,

Qua carui nimium, rursus, vt  
ante, frui.

Hic licet in grata mihi consuetudine  
Phoebi

Viuere, Castalios inter et esse  
choros.

Hic licet ingenuis consumere in arti-  
bus artem,

Officiique mei sic reuocare  
decus.

Sic tu Teutonici decoris non imme-  
mor, altum


Dedecus extinguis, Lipsia grata,  
mihi!

Sicque tuis titulis ego pars accrescere  
laeta

Censeor, atque tui muneris esse  
feror.

Hos mihi si semper liceat celebrare  
recessus,

Confugium nunquam mitius ipsa  
petam.



Sed vos, cultores, in nostram, indu-  
stria, laudem

Turba, typis nostris artificique  
manu:

O vos, artifices, libros doctosque  
bonosque

Prodere queis cura est seduli-  
tasque grauis:

Vos ego per Musas, per amicaque  
numina Phoebi,

Perque ego, quae studiis fratris  
et ipsa studet:

Per sacra Soteros, rogo, quae vos  
sedulo ad omnem

Ferre laboratis Solis utramque  
domum:

(Sic Charitum numerus fit Pieridum-  
que benignus

Vobis, veloci sic pede currat  
opus:

Et sic pura, meis, Soteros facia  
colantur

Semper in his terris, concele-  
brata typis!

Nomina

**Nomina** sic titulos, servatis artibus,  
altos

**Vestra** ferant, omnis posteri-  
tasque colat!)

**Pergite,** (io! gratum est) nostram de-  
fendere laudem,

Atque agere in famam, serraque  
secla suam:

**Pergite,** quod facitis, monumenta  
referre virorum,

In quibus ingenium iudiciumque  
patet.

**Instrumenta** bonis mea festinate  
libellis,

Prodere quos turbae iusque pium-  
que piae.

Sic mea non ullis conclusa in finibus  
ibit

**Gloria,** sic nomen surget ad astra  
meum!

## III.

AD  
IO. AVG. ERNESTI

cum

professionem humaniorum litterarum consecutus esset.

Annue, Sancta, Tuos, Critice,  
celebramus honores.

Namque honor ERNESTI quid  
nisi, Diua, Tuus?


Diua veni; nostraque manus inter-  
fere turbae,

Non habet inuidiae res ea facta  
metum.

Optimus ille Tui Sacri templique  
facerdos,

Auctor et ambigui consiliumque  
chori

Robur



Robur inest animo, virtus generosa,  
decusque,

Proque tuis sacris ciuicus ardor  
inest.

Pondus et eloquii Veneresque nitor-  
que latini,

Cui nil aequandum patria terra  
tulit:

Et decor ingenii, veri laudisque  
repertor,

Reppererit, dubites, plurane prisca  
sciat.

Mox et Apollineae cum se dedit im-  
petus arti,

Ingenii stupeas flumina quanta  
ruant.


Omnibus Aonifin, Phoebo Charifin-  
que litauit

Plenaque sunt Sophiae numine  
corda piae.

Iudiciumque tibi simile est, Dea.  
Denique tota

Et natura sacris est, Dea, digna  
tuis.

Ergo



**Ergo laeta veni, atque habitum indue  
temporis huius,**

**Quo tibi despectae fit recidivus  
honor.**

**Tu, Dea, doctrinas retulisti prima  
sepultas,**

**Tu libros veterum Tu monu-  
menta virum.**

**Per Te commota est rerum doctrina  
sacrarum,**

**Atque supersticio pulsa refugit  
humo.**

**Tu, veri vindex constans, falsique  
severa**

**Iudex, condemnas, quicquid ubi-  
que malum est.**

**Gloria, Diva, tua est, Musas reti-  
nere fugaces,**

**Prodere et ingenium, gloria,  
Diva, tua est.**

**Per Te constanti doctis stetit alta  
recensque**

**Gloria, ab interitu vindicat omne  
decus.**

Falli-

**F**allimur? an venit in manifesto  
lumine Diua,  
**A**cceleratque hilares congreginat-  
que gradus.

**N**umine iam Diuae fugit Ignorantia  
visu,

Id signum est nostris rebus adesse  
Deam.

**I**am fugit et pennis Iactantia comta  
decoris,

**S**parsa iacet trepida non sua  
penna fuga.

**C**ontemtus veterum fugit, aegre  
Ignauia pallens,

**T**arda quidem pedibus, sed ta-  
men illa fugit.


**C**umque Dea veniunt Clariarum turba  
Sororum,

**E**t Dea de patris vertice nata  
Iouis.

**C**onsequiturque cohors comitum celeri  
pede laeta

**P**raegreditur dominam prosequi-  
turque suam.

**N**unc



Nunc fuge, Barbaries. tu, pallide  
Liuor, abito.

Et Dea, et ERNESTI numina  
praua fugant.

Ergo Deae auspiciis, praefenti nu-  
mine, fausta  
Care, Professoris munera, Doctor,  
ini.

Haec Tibi iudicium AVGVSTI dedit.  
Hocque tributo  
Iudicium ornauit magnus honore  
suum.

Res tamen ante dedit. fero tu digna  
tulisti  
Munera. Tu pridem namque  
Professor eras.

Tu Critices studiis veterum exornasse  
labores,  
Inque suum gaudes reddere secla  
decus.

Tempora cuncta Tua, Praeceptor, lau-  
de fruuntur,  
Prisca, recens aetas, Posteritas-  
que super.

Socra-

Socratus Xenophon praedulci voce  
loquetur,  
Te fibi natalem restituisse  
diem.

Tullius ipse suae vitae Tua munera  
gratus  
Efferet aeterna diuitis oris  
ope.


Principe Te, duce Te, contemnunt  
temporis alti  
Inuidiam, et prisci, barbara secla  
viri.

Barbaries etenim, pulcris fera victa  
triumphis,  
Exulat a nostra iam regione  
procul.

Lingua Tuis adserta laboribus aurea  
viuit,  
Libera perpetuas ibit et illa  
vias.

Et Sophie, demissa polo, excusitque  
pudorem,  
Horrificamque notam, barbara  
verba, fibi.

Addidi-



Addidicitque loqui patria sibi voce,  
Magistro

Te, quali loquitur, dum colit  
astra poli.

Sed referant alii, quibus os sublimius  
extat,

Ista, canet dotes Gloria laeta  
Tuas.

Tu tamen ipse Tuae doctrinae insigne  
theatrum es,

Gloriaque ingenio Diua fit ipsa  
minor.

Te duce, Pierii penetramus in alta  
recessus,

Regiaque est nobis, Te duce,  
nota via.

Haec nunquam memori pietas de pe-  
ctore lapsa

Excidet, aut meriti gratia tanta  
Tui.

Sic Tibi longinquam, Praeceptor,  
fata salutem

Prospera dent, meritis stamina  
et aequa Tuis:

Vt

Vt nos nostra Tuis curis obnoxia  
vita  
Tangit, et apta Tua est nostra  
salute salus;  
Vtque Tuo surgit Thomana magis-  
que vigebit  
Ingenio, et studiis Theffala turba  
Tuis.

---

## IV.

**A**d eundem eiusdem argumenti.

**E**RNESTI nostrae lux conspicienda  
iuuentae,

**H**ortator nostri causaque faxque  
chori;

**S**i licet, et fas est, Tua carmine  
munera ferre,

**E**t Phaethonteo fuscipere alta  
modo;

**N**os Tibi, Praeceptor, laetos cona-  
mur honores

**A**tque Professoris concelebrare  
diem.

**S**it licet hic error; tamen est ab ori-  
gine pulcher,

**C**ausaque confilio sufficit ipsa  
decus.

**S**is licet et magnus. Pietas et pectorē  
magna est

**N**ostro, par meritis non tamen  
illa Tuis.

**Sic**

**Sic magis in nobis quae debuit abster-**  
**rendi**

**Esse, sed hortandi maxima causa**  
**fuit.**

**Et licet, et fas est, (donat Tua prona**  
**voluntas,)**

**Officium mentis persolüsse**  
**piae.**

**Et merito. quid enim pietas in corde**  
**quiescat?**

**Gaudia contineat pectus et ista**  
**leue?**

**Quanta Tua in nostris studiis fuit**  
**illa voluntas**

**Semper, et in nostrum quae Tua**  
**cura bonum?**

**Propria enim veras quae nos via**  
**ducat ad artes,**


**Tu bene monstrasti, quaque fa-**  
**lutis iter.**

**Sic nostro nunquam illa obliuio pe-**  
**ctore tollet**

**Haec merita, haec animi munera**  
**magna Tui.**

C 2

Nec



**N**ec priuata tamen solummodo vin-  
cula nobis,

Sed quoque laetandi publica causa  
patet.

**N**am Critice, pura, quae, religione  
relata,

Debuit extolli, sed magis acta  
rea est;

Quae cunctas densis rapuitque tulit-  
que per orbem

Artes e tenebris, in sua secla,  
bonas;

Sed despecta fuit, sed vulnera multa  
recepit

Hostibus a faeuis, crimina multa  
tulit:

**H**aec recreata Tuis manibus stetit;  
haec iuga dura

Decutit auxiliis auspiciisque  
Tuis:

Confidet et rediuiua suis in sedibus  
altis,

Contemtorque iacet barbarus ante  
pedes.

**Barba-**

**B**arbaries olim immitis volitarat in  
armis,

Fasque sibi dudum fecerat omne  
nefas.

**P**roposuitque nouam linguam; (arbi-  
traria verba)

Quae deceat Sophien, lingua su-  
perba, deam.

**Q**uaeque sophos aequet, super inter-  
mundia, diuis

Alta, monogrammis, docte Epi-  
cure, tuis.

**O** dea ab antiqua tua vox, quam  
aliena loquela!


Linguaque quae facta est! quae  
modo qualis erat!

**Q**uid iuuat exakte Latiam cognoscere  
linguam?

Cognita mens fuerit dummodo  
vera, bene est.

**C**ognita mens fuerit modo, barbara  
verba loquamur.

Clarior et breuior nempe fit iste  
labor.



Tenuia mittamus Criticis quaerenda,  
sequamur

Vera, nimis sapiens, dogmata,  
vulgus ait.

Et veterum monumenta, suo liuore  
peracta,

Pressit, et euomuit virus in ipsa  
ferum.

Ecquid enim e priscis Critici nisi  
inania captant?

Marte sub infenso quid nisi verba  
premunt?

Et quid enim? E scriptis doctrina  
recentibus ista

Nunc quoque quit promi, copia-  
que ipsa magis.

I nunc, i, Critice, priscorum scripta  
virorum,

Ingenii vt fontes, tolle sub astra  
leuis!

Scilicet extollit proles domiporta re-  
cessus

Sic nimis ipsa suos, et manet  
intus iners.

Negli-

Negligit illa lares Latios inuisere  
defes,

Negligit illa tuas, terra Pelasga,  
domos.

Nec quae prodiderunt Critici villa  
volumina legit,

Viderit, egregie spernit at illa  
tamen.

Nec scit, quae Critici virtus munus-  
que fit, et quam

Difficile officium, spernit at illa  
tamen.

**A**t bene nunc. Olim, haec olim tibi  
tempora: sed nunc


In melius, Critice, tempora versa  
tibi.

Erigit ERNESTI tua lapsa negotia  
fortis

Mystes et vindex nominis ille  
tui.

Barbariesque, olim, quae constitit  
effera, diua,

ERNESTI indignans lumina ma-  
gna fugit.



**H**oc iam defensore cadunt opprobria  
cuncta,

**I**nque caput Critices, in decus  
acta suum.

**H**osque locos vifat quo laetior illa;  
videtur

**V**tiliter multum spreta fuisse  
diu.

**A**dseritur digno iustarum a vindice  
laudum.

**A**tali adsertam, est grandius,  
esse, decus.

**G**randior est titulus, quam si non  
victa fuisset.

**H**oc pretio spretus quilibet esse  
velit.

**E**RNESTI veniente novam, bona  
Patria, lucem  
Conspicis, Aufonios Argolicosque  
dies.

**N**e Batauus iactet Burmannos,  
Broeckhusiosque,  
Gronouiosque suos, Doruilirosque  
suos.

**N**oster

**N**oster enim **E**RNESTI par Scaligeris-  
que feretur,

Atque Perizoniis, quosque referre  
mora est.

**C**oncelebras ergo nobiscum, Patria,  
festa

**E**RNESTI? celebra, sed simul  
ipsa tibi.

**E**t celebrat; plaudunt Musarum docta  
chorea,

Voxque Academiae templa per  
ampla sonat.

**O**mnis amans Phoebi gaudet, grata-  
tur et omnis,

**N**emo tamen nobis, munera  
capta, magis.


**P**aeonios igitur, Praeceptor, lae-  
tus honores,

Praemia doctrinae iusta, capesse  
tuae.

**P**anditur insignis doctrinae dignaque  
scena,

Quaque tuum ostendas conspicias-  
que decus.

**C** 5                   Gloria



**Gloria** in Aonio viridis stat colle  
iuuentae,

Et decus in Critices te vocat  
atque tuum.

Et tulit. Illa tuas dotes amat atque  
perennat,

In quibus eximum concipit ipsa  
decus.

Viue diu nobis saluus Musisque,  
Magister,

Semper honore tibi prosperiore  
vige.

Sic bona per terras Critice celebrata  
vigebit,

Nomine sic tanget sidera Fama  
tuo.

Sic nos votorum nostrorum summa  
beabit.

Sic laus Thomanae surget ad  
astra scholae.

---

*V.*

A D

**CAROL. FERDINANDVM  
HOMMELIVM**

de

**summis philosophiae honoribus.**

---

**E**ffigies magni subolesque similima patris,

Atque tuae clarae maxime gentis  
honos.


**O** salue, **HOMMELI**, Sophiae nouus  
addite mysta,

**O** decus! o! animo maxima cura  
meo.

**Quem** coluit plausu doctorum Diu  
virorum,

**Cui** tulit Aonidum turba nouena  
decus.

**Et**



Et merito. Quid enim tua tempora  
digna moretur

Dextra Deae sapiens cingere  
fronde sacra?

Ecquid enim dubitet docta de stirpe  
creatum

Addere promeritis in sua sacra  
viris?

Nam praeiudicium summorum vedit  
honorum

De Te iam nuper constituisse  
Themis.

Aemula, inornatum num Te patiatur  
abire,

Tum, sine Te, numeros non  
habitura suos?

Non timeat, laudem decorati ne  
Themis omnem

Auferat alta Tui, praeripiatque  
fibi?

Sic cito, sic properans merito deco-  
rauit honore,

Omnis et impatiens Diua benigna  
morae.

Indo-

**I**ndoluitque Tibi se non tamen ante  
dedisse,

**Q**quam dedit, ante diu, nam  
meruisse, decus.

**S**ic dea sancta suos cultores ornat  
honore!

**S**ic Sophie semper praemia ferre  
folet!

**E**rgo nunc properate pias celebrare  
latebras,

**A**bdita Apollinei sacra subite  
chori.

**D**ifficiles aditus primo praecepsque  
sub ista

**F**ert iter, impediunt auia faxa  
pedes.


**S**ed tamen emensos compensat adorea  
Diuae,

**Q**uemque datura suis, posteritatis  
honor.

**I**lle meus FERNANDVS habet mon-  
strarē laborem

**A**ssiduum, titulos ferre, decus-  
que, suos.

**E**t



Et decoris quamuis partem sibi vin-  
dicet istud

Ingenium, pauci par quod habere  
solent;

Judiciique vigor, Sophiae penetrabilis  
ima,

De parte partem poscat honore  
fibi;

Haec tamen, Aonii, Labor, arbiter  
vnus Honoris,

Non sibi decerpi debita summa  
finat.

Nam Tuus ille labor studiis operatus  
vbique est,

Hic tibi demeruit nomina magna  
labor.

Nempe ita sacra coli sua praecipit  
altus Apollo,


Qui sua praesignis munera ferre  
velit.

Non dare thus fas est, aut myrrham,  
cinnama et aurum,

Munera, quae diues plurima mittit  
Arabs.

O!

**O!** quoties studiis sera impallescere  
 luna,  
**T**eque studere rubens conspicie-  
 bat Eos!  
**S**ed labor et studium sociant vbi  
 viribus ingens  
**I**ngenium propriis, reddere quanta  
 solent?  
**Q**uanta igitur rerum percepta scientia  
 et ars est?  
**C**ommoda sunt patriae quanta  
 parata Tuae?  
**Q**uis nitor eloquii patrii, linguaeque  
 Quiritum?  
**D**octrinaeque Tibi notio quanta  
 sophae!  
**Q**ualis et in studiis, quam magna  
 scientia iuris,  
**F**ama mihi retulit: vidit at ordo  
 Tuus?  
**E**t licet haud possim stelas Tibi po-  
 nere honoris,  
**D**ebita promeritis vel monumenta  
 Tuis:  
Plura



Plura referre vetat Tua magna modestia nobis.

Et bene. Dos rerum nam mihi magna nimis.

Sed tamen haec tacito veneramur pectore: id vnum

Non mihi Te certe posse negare puto.

Nec mihi posse negare puto Tua facta videnti,

Vt, licet haud aequo, Te sequar ipse, gradu.

Si bene Te noui pectusque Tuum: addito honore

Stabit amicitiae praefidioque fauor.

Retrogradi ante vias rectas, molimine grandi,

Cancri procedent, siue natabit auis:

Quam Tua de nostro labetur pectore imago,

Sic etenim meritum, sic decora alta iubent.

Nil

Nil opus est votis: Doctrina decus-  
que superbum  
Praemia habent in se digna,  
ferentque Tibi.  
Quosque Tibi sapiens modo iam  
concessit honores  
Diua, Themis summos postmodo  
iusta dabit.

---

---

*V. I.*<sup>A D</sup>

**CAROLVM FRIDERICVM  
TRIERVM  
coniugis obitum lugentem.**

---

**S**i dolor ac iustus finit aegro in  
pectore luctus,  
Et Tua si morbo languida mem-  
bra finunt:

**H**aec quoque signa pii placidus co-  
gnosce doloris,  
Adspice, quos moestio fundimus  
ore modos.

**C**ur alii sera defletis morte per-  
emtos,


**G**rande quibus fuerat vita senilis  
onus?

**H**oc potius moestos in funere fundite  
fletus,

**E**t tristi querulos edite ab ore  
sonos.

**Prob.**

Proh dolor! exsangui iacet ecce!  
TRIERIA vultu,  
Et non maturo funere rapta  
perit:  
Non secus ac culto flos formosissimus  
agro  
Vomere succisus praetereunte  
cadit:  
Cui decus eximum placido fulgebat  
ab ore,  
Et firmum laeto robore corpus  
erat.  
Occidit, atque aegrum linquit de-  
functa maritum,  
Natarumque graui corda dolore  
quatit.  
Nec prodest pietas, non munificentia,  
non quod  
Promta fuit miseris usque be-  
nigna manus.  
Quanta, TRIERE, Tibi fugiunt fo-  
latia vitae!  
Altera pars illo funere rapta  
Tui est.



Ergo graues gemitus imo de pectore  
ducens

Pallida funestis fletibus ora  
rigas.

Quis non in tali iam funere lugeat,  
aut quis

Tanta in iactura temperet a la-  
crimis?

At supra tantos fortis confurge do-  
lores:

Augetur lacrimis aggeriturque  
malum.

Abiice sollicitum moesto de pectore  
luctum,

Eiice tristitiam corde dolente  
Tuam.

Haec Tua nam coniux, quam mors  
inopina peremis,

Viuit, et in coelo gaudia vera  
capit.

Illiis hic gelido conduntur membra  
sepulcro,

Sed mens aetheriis est sociata  
choris.

Dignior

Dignior haec domus est, haec est  
suauissima sedes,

Hic datur et vita candidiore  
frui.

Non Tu Te potius curare puteris,  
in illis

Si doleas, tantis inuidiasque  
bonis!

At Tu, cui morbus languentia mem-  
bra fatigat,

Cum coquit internus pectora fessa  
dolor:

Vt rursum valeas, numen coeleste  
rogamus,


Ne capiat vires febris anhela  
nouas.

Pellatur macies, decedat corpore  
pallor,

Et membris redeat, qui fuit  
ante, vigor.

O si follicitae veniant solatia  
menti,

Et cum tristitia si dolor ipse  
cadat!



**E**xhilarent animum si rursus gaudia  
tristem,

**E**t liceat merita prosperitate  
frui!

**N**os quoque sic erimus, Te saluo  
Antistite, salui,

**C**umque Tua stabit nostra salute  
salus.

---

## VII.

AD

**IOANNEM AVGVSTVM  
ERNESTI**  
obitum coniugis moerentem.

**F**undite nunc lacrimas, ERNESTI  
flente, Camoena;e;  
Magnanimum fuerit collacrimasse  
decus.

Ille dolet vester, vestri laus maxima  
Pindi;


Qua breuiter felix egerat, vxor  
abest.

Occidit exemplum vxoris venerabile  
morum,

Prima sui sexus femina, lausque,  
iacet.

Perdidit Eurydicen talem miferabilis  
Orpheus,

Inque suos luctus omnia traxit  
amans.



**Solue** comas, **Elegia**, tuas, **cultum**  
indue moestum,  
**Tristibus** in numeris **flebilibusque**  
veni.

**Hei** nobis miseris! quam lamentabile  
tempus!

**Flebilis** hei! pietas **fleibile** munus  
agat?

**Officium** numquam mallemus soluere  
iustum,

**Officiis** quam sic **tristibus** esse  
pii.

**O** pietas nobis quam commutata  
recurris!

Quam tuus ante annum mos ha-  
bitusque fuit.

Laetitias quantas et qualia vota fe-  
rebat


Illa dies, numeris sed caritura  
fuis.

Quam bene Pierides chordis gauden-  
tibus ista

Tempora laetantes concinuere  
fuis!

Phoebus

**P**hoebus et ipse suis manibus plau-  
 debat, et illud  
**C**onjugium felix voverat esse  
 diu.  
**C**onjugium felix, felix vxore ma-  
 ritus,  
 Illa suo fuerat maxima vota  
 viro.  
**I**lla modo patrem formosa prole ma-  
 ritum  
 Fecerat, ac dederat pignora prima  
 tori:  
 Ediderat fausto partu, fausto omine,  
 natam  
 Confimilem matri, confimilemque  
 patri.  
**I**am modo ridebant spes mille ac  
 gaudia mille:  
 Votaque, quisquis adest, femina  
 virque, facit:  
**E**rudit natam muliebribus optima  
 mater  
**A**rtibus, exemplis instituetque  
 suis;  
 D 5                      Vtque



Vtque tua felix vxore vocaris in  
vrbe,

Sic fortunatus prole ferere pa-  
rens.

Quantopere inconstans hominum for-  
tuna vagatur!

Omnia quam nullo pondere cassa  
cadunt!

Quam cito, quam propere vis abstulit  
inuida fati

Hoc decus vxorum coniugiique  
boni!

Sic exangue iacet formosum corpus:  
at illam

Adligat egelidus perpetuusque  
sopor.

Quam vultus pulcer, quam forma  
venusta decebat,

Nec Charites cultu destituere  
fuo;

Quam virtutis opes, animi mentisque,  
probabant,

Altius e vitiis exeruisse ca-  
put.

. Laudi-

Laudibus at cunctis maior, meruisse  
dolorem,

**E**RNESTI, lacrimas commeruisse  
tuas.

Praeripitur fato nondum matura su-  
premo,

Illaque in extentos viuere digna  
• dies:

Impleuit iuuenis longum virtutibus  
aeuum,

Si numeres istas, occubat ecce  
senex.

**H**ei! Tibi, Praeceptor, moritur  
dulcissima coniux,

Altera pars animae dimidiumque  
tuae.


Nil Tibi iam supereft sociae leclique  
torique,

Filia praeterquam matris imago  
fuae.

Filia, quam miserum vidui solamen  
amoris!

Filia, cum nata est, matre quo-  
que orba sua.

**H**ei!



Hei! natam patriis quoties spectabis  
ocellis,

Crudeſcent toties vulnera faeuā  
Tibi.

At luges iuſtis lacrimis de coniuge  
tali,

Quae Tecum aeternum viuere  
digna fuit.

Nos Tecum lacrimas, doctor ca-  
rissime, iuſtas  
Fundimus: ac nosmet nil, niſi  
tale, decet.

Sed Tua Te virtus, Tua Te sapi-  
entia certe  
Eriget, ac firma fulciet apta  
manu.

Ipsae Te Musae, Te Pallas, Te  
auctor Apollo  
Admotis precibus, fortiter esse  
iubent.

Accedetque Tuis haec gloria laudibus  
ingens,  
Humani casus fata tulisse  
grauis.

Quam-

Quamque Tibi inflxit duram Fors  
inuida plagam,

Iusta salute bona iam reparare  
velit!

Quaeque Tuae vxori decerpfit Parca  
maligna,

Illa Tuis annis addere fila  
velit!

Sic nostros animos recreabunt gaudia  
iusta:

Sic laus Thomanae scandet ad  
astra scholae!

---

---

*VIII.*

In obitum  
**LVDOV. GVILIELMI IVNII**

Philolog. fac. Profess. Publ. Extr.

---

**I**te meae lacrimae, mea carmina dicite lessum.

Plangere et in iusto flere dolore decet.

**I**VNIUS occubuit, quo carior haud fuit alter,

Maxima pars animi dimidiumque mei.

Ille mihi affiduo, dulci mihi cognitus vsu,

Officiique fide certus amicus erat.

Ille mihi paribus studiis animisque ligatus,

Optima quae nectunt vincula amicitiam.

Firmi-

Firmiter hos nexus Concordia tuta  
tenebat,

Atque sui similis semper, amica  
Fides.

Non erat in nostra quicquam adsue-  
tudine duplex,

Nil erat hic anceps, ambiguique  
nihil.

Vna erat ambobus mens, vna vtrius-  
que voluntas,

Vota eadem ambobus, mutua  
cura sui.

Thesea Pirithoumque suum celebrate  
poetae;

Et fit Orestaeus carmine magnus  
amor;


Nifus et Euryalus, si quid tua car-  
mina possunt,

Doce Maro, memori par sit in  
ore virum;

Ille mihi Euryalus, non vanus glo-  
rior illud,

Ille mihi Pylades Pirithousque  
fuit.

Suaui-



Suauiter in studiis vna profecimus  
ambo,

Alter et alterius dux fuit atque  
comes.

Non erat inuidiae in cursu victoria  
laudis,

Esse putabatur victor vterque  
simul.

Hei mihi! quam suaves doctis sermo-  
nibus horas,

Quam fructus plenas, reddidit ille  
mihi!

Saepe dies vicibus visa est minor  
ipsa loquendi,

Colloquium angusti destituere  
dies.

Hei fuit ille mihi! rapuit vis inuida  
fati.

Gaudia quot nobis abstulit vna  
dies!

Ite meae lacrimae, mea carmina di-  
cite leffum.

Plangere et in iusto flere dolore  
decet.

Omni-

Omnibus ingenium natura effinxerat  
aptum  
Artibus, eximie viribus vfa  
fuis.

Magna viri virtus pectus decorabat  
honestum,  
Pectus inaccessum Fraudibus atque  
Dolis.

**Candor in ore fuit, cunctis Constantia  
rebus.**

Raraque in hoc nostro tempore,  
certa Fides.

**Ambitione** procul vana, quaesuit  
honestum,

Virtutem, pretium, credidit esse,  
fui.


Pax animum nulla turbata cupidine  
prava

Ceperat, et Pietas non simulata  
dolis.

## Eloquii pondus quantum, vis quanta, diserti.

Iussa vbi flexanimus panderet alta  
Dei.

*Bachii Carm.* E Maxima



Maxima linguarum ac prisorum  
copia morum,  
Copia, quam nostris moribus  
arcta fuit!

Profuit antiquos sapientum euoluere  
libros,

Attica quos tellus, quosue Quirina  
tulit;

Historiae veterum replicasse volumina  
rerum

Inque suos vfos vertere, cura  
fuit.

Scilicet, vt possis penetrare oracula  
sancta,

Hoc iter est, sola est ista terenda  
via.

Judiciis ergo iustis AVGVSTA vo-  
luntas

Doctrina meritum iussit habere  
decus.

Quos non sperabat de Te Tua patria  
fructus,

Quae mihi fingebam gaudia,  
quanta Tui!

Irrita

**Irrita vota cadunt, spes nostras abstulit omnes,**  
**Ante diem quae Te Parca maligna rapit.**  
**Occidis in summo, Carissime, flore iuuentae,**  
**Ceu rapido vento flos cadit ictus humum.**  
**Non tamen emoreris, sed in aetherea arce locatus,**  
**Viuis, et aeterno lumine clarus agis.**  
**Quod mortale fuit posuisti corpus,**  
**at omni Liber ab aerumna, mente super-**  
**stes agis.**  
**Viuis et in meritis, famaque, ani-**  
**misque Tuorum,**  
**Nec mihi Te, IVNI, detrahet vlla dies.**  
**Pectoribus nostris Tua grata manebit**  
**imago,**  
**Dulce perennabit nomen in ore**  
**Tuum.**

## IX.

IO. GODOFR. KOERNERO  
A. M.

nouo marito

*ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις.*

Factus es ecce nouae Sophies, KOERNERO,  
Magister:  
Formosae Sophies faustus Magister,  
aue!

Nempe fatis veterum Sophien docuisse  
videris.

Cedat io! Sophiae nunc prior  
illa nouae!

Cedat io! cedunt antiqua recentibus:  
illud

Certamen finem coepit habere  
suum.

Ergo Tibi doctrina noua est, KOERNERO,  
docenda.

Formosae Sophies faustus Magister,  
aue!

Iam

Iam Tu nocturno studio, studioque  
diurno  
Erudies Sophien, doctior ipse,  
Tuam.

Fallor? an id studium comitatur sum-  
ma voluptas,  
Et labor, affiduus quamlibet,  
vsque placet:

Dulcis alumna sui cum pendet ab  
ore magistri.

Quis fibi non optet tale magi-  
sterium?

Hoc Tibi continget certe: nec pae-  
mia deerunt,

Dulcia doctrinae praemia multa  
probae.

Ergo mihi salue Sophies, KOERN-  
ERE, Magister:

Et Tibi sit faustum dulce magi-  
sterium!

## X.

CAROLO GODOFREDO  
WINCKLERO

V. C.

*ἐν τοῖς ὀπτηρίοις.*

Vimus amat vitem (res gesta est  
tempore prisco,  
Quo fuit arboribus vox animus-  
que suus):

Vimus amat vitem, sibi optat  
foedera firma  
Virginis vuiferae perpetuamque  
fidem;

Vt flueret leuior sibi vita labore sine  
villo,  
Fortior et posset vim tolerare  
Noti.

Adgreditur cupidus votis precibusque  
puellam,  
Et laudat formam, blanditiasque  
facit.

Ista

Ista leues capiunt animos: placet ille  
puellae:

Seque fore affirmat tempus in  
omne suam.

Nec mora: confociant foedus; viti-  
que marita,

Vlmum amplexa, manu clau-  
culisque tenet.

Inque virum toto caput inclinata re-  
cumbit

Pondere, vt ille duplex iam to-  
leraret onus.

Quid faciat? Foedus sanctum est, san-  
ctumque remansit:


Visque maritati vitis et vlmus  
erunt.

Coniugii hoc instar plerumque: Vide-  
licet illis,

Qui temere iungunt foedera san-  
cta tori:

Qui modo posthabita numos virtute  
requirunt

Vel formam, quamuis sit rationis  
inops.



**T**u, WINCKLERE, animum modo vir-  
tutemque secutus,  
Legisti vitae participem atque  
tori.

**E**rgo fluet Tibi vita leuis: sine nube  
fereni

**V**no lucebunt vsque tenore  
dies.

**A**st ego dum viuam, dum spiritus  
hos reget artus,

**M**ille tuo hinc merito gaudia  
percipiam.


---

*XI.*

**I**N PVERVM,  
statim mortuo patre,  
mortuum.

---

**E**rgo mihi superis, Nate, expecta-  
tus ab oris  
Deuenis aeternas vmbra beata  
domos.  
**I**am dulci adspectu vultus fatiare pa-  
ternos,  
**I**am datur amplexu colloquioque  
frui.  
**O!** igitur salve, salve o! suauissime  
Nate,  
Debita virtuti iam cape dona  
tuae.  
**I**nfaustas linquis terras, vbi plena  
pericli  
**Omnia,** et ingentis plena timoris  
erant.



Ac veluti ventis et tempestate sonora,

Per mare, per fluctus voluitur acta ratis;

Ante oculos dira est mors, naufragiique periclo

Membra quatit gemitus, fletibus ora madent:

Haud secus in vita fatis iactamur acerbis,

Horaque ab ancipiti nulla timore vacat.

Illic et Scelerum dirorum exercitus atrox

Incubat, atque cohors irrequieta Mali.

Error habet mentes et plurima noctis imago,

Nec regit incertos semita fidia pedes.

Saepe valetudo, fortunae saepius vrget

Asperitas, animis nec datur villa quies.

Adde

**A**dde malis hominum cladesque iras-  
que furentis

**M**artis, et a manibus damna ti-  
menda feris.

**N**unc via finita est omnis cursusque  
laborum:

**N**unc tetigit portus fessa carina  
suos.

**L**aetus agis vitam cuncta de parte  
beatam

**E**t fortunarum gaudia certa  
vides.

**N**ulla mali labes, et nulla pericula  
terrent

**A**mplius, et finem iam dolor  
omnis habet.


**P**erpetua hic lux est, depulsis clara  
tenebris,

**F**elices campos purior aether  
obit.

**H**as habitant secura Quies, has Otia  
sedes,

**H**as Pax et Mentis Gaudia certa  
Bonae.

**Hic**



Hic sunt regna Dei, sunt hic et  
regna piorum:  
Namque vocat iustos in sua regna  
Deus.

Vera Dei suboles summique simillima  
patris,  
Christus, in hoc posuit regna la-  
remque loco.

Haec equidem cupio te per loca per-  
que recessus  
Ducere, et ignotas erudiisse  
vias.

Principium Deus. En! hunc tu co-  
gnosse studebas  
Ante quidem adsidue, dum tibi  
vita fuit.

At, dum terrenae labes et noxia  
tardant  
Corpora, ad obtutum lumina  
mentis hebent.

Corporis exuto vinclis, noxaque fo-  
luto  
Rite Deum, velut est, denique  
nosse datur.

Dat

Dat Deus ipse suum manifesto in  
lumine numen  
Cernere, datque oculis ora videre  
piis.

Adspicis en! ipsum summa bonitate  
tuentem  
Omnia, quae vastus corpora  
mundus habet.

Iam licet et veras rerum cognoscere  
causas,

Et, quibus est usus conditor,  
artis opes;

Quanta Dei totum sapientia temperet  
orbem,

Cumque suis stellis sideribusque  
polum;


In genus humanum quam sit pro-  
penfa voluntas

Praecipue, et patro pectore quan-  
tus amor;


Vt regat euentus rerum, cursusque  
gubernet;

Et mala depellat numine cuncta  
fuo.

Haec



**H**aec vbi cognoris, tamen haec eadem  
vsque libebit  
**N**osse iterum, atque animis per-  
cipere vsque piis.  
**N**ulla tibi satias veniet nec taedia  
menti.  
**T**anta tibi nouitas semper et ardor  
erit!



## INDEX CARMINVM.

### I.

*In honorem typographiae*, carmen grae-  
cum, 1740. pag. 3

### II.

*Idem* latine redditum. 12

### III.

*Ad Io. Avg. ERNESTI de suscep-  
ta  
humaniorum literarum professione  
gratulatio eorum, qui priuatis dant  
scholis operam*, 1742. 26

### IV.


*Ad eundem, eiusdem argumenti, no-  
mine alumnorum primae classis.* 34

### V.

*Ad CAROL. FERDINANDVM HOM-  
MELIVM de summis philosophiae  
honoribus gratulatio*, 1744. 43

### VI.

*Ad CAROLVM FRIDERICVM TRIE-  
RVM, obitum Rahelis Christianae,  
coniugis desideratissimae lugentem,  
nomine*



nomine alumnorum scholae Thomanae. pag. 50

### VII.

*Ad Io. AVGVSTVM ERNESTI,*  
obitum carissimae coniugis moerentem, Elegia, nomine eorum scripta, qui priuatis scholis operam dant, 1745. 55

### VIII.

*In obitum LUDOVICI GUILIELMI IVNII, Philolog. fac. Profess. Publ. Extr. amici desideratissimi 1750.* 62

### IX.

*Io. GODOFR. KOERNERO, Artium Magistro, nouo marito, ἐν τοῖς ἀνακλυπτηρίοις, 1755.* 68


### X.


*CAR. GODOFREDO WINCKLERO, V. C. ἐν τοῖς ὀπτηρίοις.* 70

### XI.

*IN PVERVM, statim mortuo patre, mortuum.* 73







Tot  
RE

0163/05

R  
D  
81

16308  
2

